

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ**

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira  
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Æstiva - A Dominica SS. Trinitatis, ad Dominicam decimamquintam  
post Pentecosten

**Haineuve, Julien**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Indigni sunt sua luce, lucis filii, qui minùs clarè vident in suis, quàm filii  
hujus sæculi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44226**

*Ecclesiastes 10, 10.* & in humilitate tua patientiam habe. Sic universum de omni virtute, aut de omni ad virtutem incessu ac præsidio: Patientia vobis necessaria est, ut voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem. Hæc est conditio quæ promittit Deus, quam qui non servat qui promissa petunt, iniquitate petunt, nec meretur accipere. Vide in I parte, Dominica 2. post Epiphani.

## DOMINICA OCTAVA.

POST PENTECOSTEN.

DE PRUDENTI VILLICO  
INIQUITATIS.*Filiis huius saeculi prudentiores filii lucis in generatione suæ sunt. *Lucas 16, 8.**

## VERITAS PRACTICA.

*Indigni sunt sua luce, lucis filii, qui minus clare vident in suis, quam filii huius saeculi.**RATTO esse posset quod illi sua luce sunt indigni qui ea non uiuntur.**Sed filii lucis, qui minus clare vident minusque prudentes sunt in rebus sua salutu quam filii huius saeculi seu in negotiis; non uiuntur sua luce.**Ergo illi sunt indigni.*

*In 1. parte, Quia tamen saepe de hac lucis privatione dicitur *In Vigili, Epiphani.* Etum c. A., & tota ratiocinatio satis per se patet, sic videtur modò aptius per comparationem prudentia filiorum in lucis, cum prudentia filiorum hujus saeculi declarari posse veritas.*

*Qui ad maius & præstantius aliquod opus vocantur, majorique gratia præstant ad illud efficiendum quam qui ad minus aliquod applicantur, tunc manifeste apparent indigni & privandi sua gratia, si minus suum illud opus præstant quam alij suum.*

*Sed Filii lucis ad maius & præstantius opus vocantur, quam filii hujus saeculi, majorique gratia & prædicia præstant ad illud efficiendum quam illi ad juum.*

*Ergo si minus id præstant, si minus prudentes sint in suo gerendo munere, quam alij in suo, tunc manifeste apparent indigni & privandi sua luce, sua gratia, jusque donu. Quod certe est diligenter expendendum & cavendum.*

## I. PUNCTUM.

*O*PORTUNE occurrit hodiernum Evangelium ad suggestandam materiam de virtute prudentia quæ una superest ex quatuor cardinalibus consideranda, prout erat statutum superiori Hebdomada. Proponitur autem parabola Villici, in quo quid possit ac valeat prudentia hujus saeculi aperte declaratur, ut inde magis exitemur ad id omne diligenter efficiendum quod prudentia lucis sive spiritualis & divina dictat esse agendum pro Dei cultu propriaque salute: aut certè desimus, tanto magis appareat defectus noster, tantòque magis arguendi & castigandis simus, quanto negotium illud salutis æternæ comparanda majus est quovis negotio saeculari, quantoque prudentia lucis maior & præstantior est ad æternum illud negotium con-  
ficiendum quam prudentia saecularis ad sua di-  
gerenda. Neque aliter Dominus laudat eum qui ex mala fraude prudenter sibi providit quam ut sic nobis indicet se longè magis probatum qui sic in negotio animæ, spiritualique projectu sapienter ac prudè sibi prospexit, vel si forsitan in eo negligens fuerit, se in eum productorum exempla eorum qui rebus in caducis & nihil tam strenui sunt & prudentes. Sic etiam ut ait sanctus Augustinus de Judice iniquitatibus qui in-  
terpellatur à vidua. Comparationem duxit ad ius-  
dicem Deum cui nulla ex parte iudicinquis con-  
ferendus est. *I. 2 quæ*

*Ac primò quidem lecta & considerata tantisper narratione parabolica quæ refertur, expendi posset quod sancti Patres pluribus docent nos hoc esse velut villicos Dei; Nobis villici humili-*

340

*tionum. *Evang. q. 2**